



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ
Recentiores**

Hay, John

Antverpiae, 1605

De Missione Civisdam Patris In Regnum Mino Et Voari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

mox nostris per quendam magnas gratias egit, & candelas pro officio defunctorum & eleemosynas pro pauperibus misit. Postea quot verò dies & ipsa praesens gratias agere Patribus voluit, dicens se nobis & Christianis ob eximium amorem in vita & morte erga filiam suam demonstratum tantopere obligatam, ut existimet se illi obligationi satisfacere non posse, nisi & ipsa fiat Christiana. Itaque comparavit se primum ad audiendam catechesin doctrinam Christianam, deinde etiam ad baptismi sacramentum: quod eo ampliore voluptatem attulit omnibus Christianis Meacensibus, quo illa maioribus honoribus renuntiavit & commodis, quae Bonzo Ozacensi locuplere & potente accipiebat.

Meaci debebat quidam, qui in propugnaculo Tacatachi, Antiochaeque partibus, septem & decem annis Iusto Vecondono inserviebat, vivebatque inter Christianos, ac talis habebatur, maxime a Iusto. Is hoc anno in regno Cangano, dum ibi redditus annuos Iusti colligit, incidit in febrem, rogavitque socios suos, ut se ad ducerent ad aedes nostras, velle se ibi de peccatis confiteri. Venit aduenit, patefecit, quo tempore Iustus Vecondonus statum Tacatachi administrabat, suisque suadebat, ut divinae legi aures preberent, se cum tota familia sua finxisse se esse Christianum, & ideo nec concionibus illis opus habere; idque se fecisse, quod pater suus profiteretur sectam Icosciotum, & Christianam legem maxime detestaretur. Patres his auditis magnopere obstipuerunt, & quia graviter aegrotabat, P. Rector subito illum baptizavit, domumque reversus cum gaudio, postero die multis praedestinationis signis relictis ex hac vita commigravit in caelum, Patre eius in toto Ethnicismi adhuc haerente.

DE MISSIONE CUIUSDAM PATRIS IN REGNUM MINO ET VOARI.

VT melius intelligatur haec missio, commemorabimus ea, quae ipse Pater de ea scripsit. In missione hac, inquit, sexaginti dies consumpsimus. quo tempore baptizati sunt omnino homines sexaginta, non contemnendi. Et si alios viginti dies ibi commorari fuisset, baptizati fuissent circiter quinquaginta supra centum; verum quia statim redeundum erat Meacum, aliud tempus baptismus est dilatus. In Mino filii & filiae fratris nutricis Saburondoni iam mortui, & nepos uxoris Gubernatoris Meacensis, Christo nomen dedere. Multorum quoque aliorum honoratorum virorum iam ante baptizatorum, cum coniuges

eum filij, sunt baptizati. Atque hæc omnia accidere in vrbe Gifa,
 quæ est præcipua in regno Mino, vbi Saburōdonus nepos Nobu-
 nangæ, qui est Dominus maioris partis regni, sedem suam habet.
 Simulatque intellexerat Fratrem Paulum mecum aduenisse, bis
 magna humanitate & benevolentia, nec sine muneribus, nos vi-
 strari curauit, addens seipsum quoque venturum. Dominus iam
 dictus Meaco ad regnum Mino reuersus est manè in ipso die Pa-
 schæ: omnesque Christiani eum maiore, quàm aliàs, gratulatione
 receperunt: ipseque vicissim vultu magnam erga omnes lætitiã,
 amorem, & benignitatem demonstrauit. Ad vespæram inuisit eum
 nobilis quidam, nomine Sacãdonus, qui in illa vrbe est velut ca-
 put & Pater omnium Christianorum; quem palatium intrantem
 Saburōdonus ilico iussit ad se vocari, rogauitque quamdiu per-
 situri essemus in vrbe, ac epistolam sua manu ad Paulum fratrem
 dedit, eumque ad propugnaculum inuitauit: sed quia ratio habẽ-
 da erat nostri exilij & silentij, ne ab æmulo aliquo nomen nostrũ
 deferretur ad Taicum, certis de causis deprecari sumus, quibus
 ille quoque acquieuit.

Sequenti die, id est, octaua Paschæ, omnes pueros & famulos
 nobiles ad audiendam rem diuinam amandauit; & Christianus
 quidam dictus Sceirocundonus omnes primarios Christianos Sa-
 burōdoni inuitauit ad epulum. Necesse autem fuit me & fratrem
 ibi præsentem adesse, vt in dierum illorum solennitatem colla-
 tionem aliquam institueremus. Multi libenter audissent sermo-
 nem; verum quia Taico vehementer vrgebat labores suorũ, nõ
 fuit amplius tempus eò redeundi. Itaque frater eò reuertet, cum
 tempus magis commodum se offeret ad audiendum.

Saburōdonus Sceirocundono magnam planitiem dono de-
 dit, in qua exstrueret Ecclesiam, & domum pro nostris, quando
 eò diuertent. Opusque absoluet ante dies Natalitios.

Ex feruore deuotioneque Christianorum in regno Voari, cum
 ex Mino discederem, eximiam consolationem hausi, qui tẽdio af-
 fecti diurnioris moræ Ghisam ad Pascha profecti fuere: qui au-
 tem proficisci nõ potuere, cõuenere in Christiani cuiusdam do-
 mo, quæ nõ est absimilis Ecclesiæ nostræ, & in ea orationes suas ac
 de rebus diuinis colloquia habuere. Post hoc, cum illis videretur
 nos abitum parare, ter satis longè in publicã viam progressi sunt,
 vt nos exciperent, & in suas ædes deducerent.

In hoc regno Voari, postquam iusto Dei iudicio ex illo extur-
 batus est Quabacondoni Pater, capitalis Christianorum hostis,
 successit nobilis quidam, nomine Fucuscimadonus, Taici

confanguineus, qui publico hominum sermone ferebatur omnia
in Iaponia crudelissimus. Hic vno sermone audito Ozacæ ex Vin-
centio fratre, quo oblata occasione ostendit rem esse iniquissimam
apud Deum & homines, ac cum ipsa ratione pugnare, iniuste
exquisitis in hoc tormentis occidere homines, subitè dixit, Vin-
centium præclare de eo argumento locutum; ac deinceps nō so-
lū veterem crudelitatem suam correxit, sed etiam amicitiam
Christianorum colere cœpit: quibus cum singulari benevolentia
& amoris significatione tantum areæ cōcessit, vt exedificare pos-
sent Ecclesiam. Aliquot ibidem ad Christi Ecclesiam sunt aggre-
gati: quotquot autem antè Christiani erant, exomologeli merita
expurgarunt. Inde Fanamalam profecti sumus, in quo multi ve-
teres Christiani degunt, à bono sene Constantino ante annos
ginta-duos instituti & sacris aquis tincti.

In loco, dicto Simo, est Quidam Tãgodonus, & gener eius So-
zaimus, qui erant columnæ Christianorum regni Voari, sed ex-
tare coacti sunt, quando trucidatus est Quabacondonus, eo quod
illi seruissent. Sed placuit Deo, vt illis duo alij Christiani nobili-
succederent, qui non minore amore profèquantur fideles, quàm
primi. Vale eis diximus cū multis lachrymis, & Meacum iter pro-
secuti sumus.

Ozacæ Christianus factus est nobilis admodum locuples, & ex
prima nobilitate aula Aquini Mori Regis Amacucciant, cui no-
men est Firacandoni; ac post illum duo alij nobiles & præditi.

In regno Tuono Quni, quod vnum est è quinque, dictis Co-
quinai, sunt thermæ valde salutares, ad quas ordinariè; ve-
millia agrorum ex diuersis prouinciis confluunt. P. Rector, qui
iam senex est & infirmus, ad thermas illas missus est. Primò, vt re-
cuperaret sanitatem, quam scribit se recuperasse. Secundò, vt pi-
cationem aliquam spiritualem inter homines otiosos institueret.
Et iam scribit se aliquot nobiles tradita catechesi Christo adha-
xisse. Inde Pater professionem instituit ad nobilem quendam
rum, Dominum terræ, in qua sunt thermæ, & Taico admodum
carum, cuius filij, post auditum de fide nostra sermonem, valde
propensos se esse ad eam declararunt. Et his eorum patres nolent
cum muneribus visendos curauit. Demde obuiam factus est
tribus nobilibus, qui satiari non poterant concionibus nostris,
& quibus vnus erat filius Præfecti propugnaculi Otai. Hic iuuenis
Patri promisit se effecturum per patrem suum, qui multam gra-
tia valet apud Taicum, vt Patrum Meacensium res meliorem
reque sint loco.